



A.K. 35

A.R.352,55

T.178

II g  
300

I. N. 7.  
DISPUTATIONEM  
DE  
**PÆDIA,**

h. e.

Docendi discendiqve Prudentia,  
CIRCA AFFECTUS, IN GENERE,

observanda,

Inclytæ Facultatis Philosophicæ  
In Academiâ Lipsiensi,  
Permissu,

**PRO LOCO,**

In eadem, D.v. obtinendo,

Primum,

Publicè examinandam,  
proponit

*H. L. Q. C.*

die. VI. Maji. A. sc. lsc. XCIII.

M. JOHANNES HENR. LÖDERUS,

Dungelbecca Hildesiensis.

L I P S I A,

Literis WITTIGAVIANIS.



941.



Sacrum

L I N S E T T O

Suo.

**C**um expectatisimas tuas, Linsette, & suavitatis & humitatis plenas acciperem literas, statim in id cogitavi, quareatione non solum tibi responderem; Sed etiam monumentum aliquod meæ in te observantia in hoc disputationis spatio eaderem. Veniam hujus à te mihi non petam; quandoquidem jus ipsum amicitiae, tum etiam amoris tui erga me abundantia, quem absens per literas declarasti, majora videntur exigere. Amo in iis amorem tuum eoque magis, quo accuratius te expedivisti verbo: Nostri animum. Ino, Linsette, novi & supervacanea esset, confirmata amicitia, perspecta & fide signorum commemorationis. Quamvis alias non ignorem, haut facile dijudicari verum amorem & fictum, nisi aliquod incidat ejusmodi tempus, ut quasi aurum igne, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit, cetera sunt signa communia: Ego tamen uno utor argumento: In omni varietate rerum mearum te mei amantissimum cognovi. Mitto, quod saepe invidiam, quod tempestates mecum subieris: quod denique meum inimicum tuum putaveris, quem tu tamen, prudens, judicio, quam gladio vinci maluisti. Hactua probitate perspecta, fide atque singulari modestia, quis rectius in altera scripti hujus pagina sisteretur, quam Linsettus? Cui magis titulus sinceri affectus adscriberetur, quam Linsetto? qui me sic complexus est, sic in manibus habuit, sic fovit, qui, dicam, meæ fortunæ amplificator fuit. Possest tu quidem, Linsette, amorem in patriam objicere animumque in eam pluris æstimandum putare, quam amicorum conjunctionem; Sed scias, omnino Patriæ caritatem, meo judicio, esse maximam; amorem vero voluntatisque conjunctionem plus certè habere suavitatis. Præterea Patriæ nativitatem, tibi v. ornamenta debeo. Sinas ergo, Linsette, sinas exiguis hisce lineolis memoriam tui hic à me affigi. Deus monimenta ponet meliora, & te felicem in itinere, salvum Patriæ, carum carissimæ, bonum optimæ, lucem luci, spem spei tuae conservabit, ita, ut quæ jam speras, mox videas. Vale & fave

T.  
quem nosti  
T. F.





## L. S.

**I**mitem scientiarum ponit definiendo, & per principia demonstrari conclusiones, eleganter ad officia *ταυδίας* observat Dn. Hartung in Collegio ad Baltas. Cellarii Tab. Polit. Jenæ 1683. habito. Non enim posse, inquit, commode consultationem aliquam *ἐπιμονήν* institui, nisi præ oculis posita sint ista officia. His probe cognitis, incredibile dictu est, sunt verba docti Conringii in Disput. de requisit. in quolibet studioso Acad. p. 127. quantos progressus, brevi temporis intervallo, studiosus in scientiarum generibus possit facere; cum ex adverso, si illa defecerint, cavere nequeat, ne interdum in alienis occupetur, neve saepe numero ineptis & falsis ratiunculis sese patiatur decipi. Quod quidem, præter hæc testimonia patet ex re ipsa. Quemadmodum enim is, qui iter instituit, nec terminos itineris, multo minus viam rectè norit, fine licet non destituantur, aberrat: ita etim, qui in rebus tractandis versantur & *ταυδίας*, sive modum rei negligunt, absque illo, ceu regula & perpendiculari Architectorum fallunt & falluntur. Neque minus decipi videntur illi, qui hæc duo *ταυδίας*, τέγμα *ἐπισήμην* & *ἐπισήμην* ipsam pro iisdem habent. Qvod propterea graviter increpat Philosophus, quando II. Metaph. Cap. ult. inquit: ἀτοπον ἄμα ζητῶν *ἐπισήμην*, καὶ τέγμα *ἐπισήμην*. Vide Joh. Ludovici Harenrevteri Edit. Francofurti 1604. lit. 3. p. m. 228. qui Comment. p. 231. & 232. elegantissimo simili illud illustrat, Philosophus; inquit, hanc absurditatem non amplius declarat; quia per se manifesta est in omnibus mechanicis operibus, v. g. si faber ferrum cedere velit & non prius incudem, vel malleum habeat, tanquam instrumenta, ab omnibus irridebitur: Ita, si arcularius mensam, vel scamnum confiscere velit, destitutus autem sit serra & ascia & terebro & reliquis necessariis instrumentis, etiam pueri ei illuminent, idemque fiet in reliquis manuariis artibus: Ita ergo etiam ine-

ptum & absurdum est, scientiam velle querere, h. e. vel discere, vel docere  
& tamen scientiae modum & instrumentum ignorare. Qvis autem ille  
modus fit scientiae, Arist. explicat l. i. post. Anal. c. 2 t. 5. qvod sit de-  
monstratio & libr. Top. c. 2. qvod sit dialectica disputatio, hoc est,  
qvod in universum sit Logica, qui enim hac recte institutus est, is  
modum tenet, quo singulæ scientiæ & percipiendæ & tradendæ sint.  
Nos ut paulo diligentius Pædiæ naturam inspicemus, exhibere eam  
hac vice voluimus, partim in generali sua natura, partim in speciali ap-  
plicatione. Non quidem ut totum illius habitum hic perpoliremus, sic  
enim omnia instrumenta logica applicanda fuissent; sed ut tantum ex  
iis, ceu universalis Pædia, ea desumeremus, quæ ad nostrum negotium  
sufficere videbantur. Quæ si quis probat, fruatur, sin minus, con-  
tenti erimus, quando exemplo nostro aliquem excitaverimus, cui  
ad limandum hunc habitum relicta sit materia gloriae. Equidem  
nobis videbimus non perdidisse operam. Deus adsit labori!

## C A P U T I.

De

# GENERALI PÆDIÆ NATURA.

§. I.

Qvod nomen παιδίας attinet, TRANSLATUM illud videtur  
à puerili educatione, quæ κυρίως est παιδία. Ut enim hæc, si  
bona est, animos virtuosos reddit & ad virtutē capessendam subigit:  
Ita παιδία, τέος ἐπισήμης ad scientiæ & methodi cujuscunqve  
adeptionem plurimum facit. Vid Philippi Scherbii de docendi discen-  
dī prudentia disputatio §. 3.

§. 2. Interdum NOTAT ipsam pueritiam, unde extat Xeno-  
phontis nobile opus de Pædia Cyri Principis. Vide edit. Basileæ, In-  
terprete Francisco Philelpho, 1555. p. m. I. Notat etiam Castiga-  
tionem, quo sensu Waleus in Commentario ad Libr. Hist. N. T. accipit  
Locum Lucæ XXII. 16. παιδεύσας ἐν αὐτὸν ἀπλύσω castigatum  
dimittam, quod vulgata reddit emendatum p. m. 776. Significat  
quoque

qvoque eruditionem & institutionem uti ad Tit. II. v. II. & 12. ἐπόαι  
νη ἡ χάρις παιδεύσου erudiens tigurina. Beza interprete, legit.

§. 3. Hinc varia sortitur NOMINA, ut à Latinis dicatur Pu-  
eritia, Educatio, Eruditio & Castigatio. Qvorum tamen nullum, si offi-  
cium & naturam hujus habitus consideres, satisfacit. Vel ergo  
græcum eligas: ἔτον ταῦταιν ιών: τέχον τῆς ἐπισήμης: λογοτε-  
φίαν, vel pluribus verbis: docendi descendig, prudentiam.

§. 4. Et, cum τέχον ἐπισήμης, in verbis Arist. cap. I.  
multi intellectum velint de Logica, qvivis videt, etiam in  
hac acceptione ταῦταιν à nobis considerari non posse. Univer-  
sale enim & necessarium scientiarum instrumentum, quale Logica  
est, & vel sagaci præceptorum formatione, vel eorundem, ab inge-  
nio, ad omnium rerum docendi modum versatili, prudenti appli-  
catione absolvitur, hic non qværimus. Assumimus ergo τέχον  
ἐπισήμης particularem, qvi certam rem, uti h. l. affectus, in genere  
prudenter ordinat & defendit.

§. 5. Hunc, iactis fundamentis, ita DEFINIMUS: Pædia affe-  
ctuum particularis est præceptorum, seu instrumentorum Logico-  
rum ad materiam qvandam prudens applicatio, ut verū subito  
& facile inveniatur, contra corruptelas & sophismata defendatur  
& pro re nata disponatur & doceatur.

§. 6. Vel in generali sua natura, uti hoc cap. occurrit, nihil  
est aliud qvām in qvavis scientia & disciplina feliciter disponendi  
Prudentia.

§. 7. GENUS, in officio causæ efficientis constitutum, est Pru-  
dentia, nec inconvenienter theoretica: Cujus partes, quasi integran-  
tes, sunt memoria, intelligentia & providentia, qvatenus virtus illa  
est cognoscitiva, seu habitus cognoscendi, σύνεσις vero δεινότης, εὐ-  
βελία & γνώμη partes dicuntur prudentiæ potentiales; qvia non  
totam potentiam principalis virtutis exhibent.

§. 8. Cum enim τὰ πεπαιδευμένα, seu ejus, qvi παιδείας ha-  
bitu instructus est, sit de præteritis commemorare, præsentia intelli-  
gere & de futuris providere juxta illud Senecæ: Prudentis est ordina-  
re præsentia, providere futura, recordari præterita: non possunt illæ fa-  
cultates abesse à prudentis cognitione.

§. 9. Porro, cum idem habitus vim naturalem insitam intel-  
ligentia-

ligendi, discendi, & percipiendi aliorum sancta requirat, οὐνέους oportet prudentem; sive decet nos ut οὐνέοι perspicaces & sagaces simus, ni vitium αὐνεσίας, seu stultitiae velimus incurtere.

§. 10. Et quia in rebus agendis intellecta ad scopum applicanda sunt, illa etiam vis, quam in practicis ingeniosam dicimus, exigitur, qua Media accurrate cernuntur græcisq; δεινότης dicitur.

§. 11. Requiritur εὐβλαώς, vis quædam, & quidem bene consultandi circa media ad honestum finem legitima, non confundenda cum ipsa prudenti consultatione & bono consilio; quandoquidem bene consultare actionis est, consultatio vero habitus.

§. 12. Tandem, cum æqui bonique viri sit, vi ignoscendi dignoscendique aliorum dicta & facta præditum esse, γνῶμην observet necesse est, quæ itidem non operatio est, sed facultas bene judicandi de iis, in quibus lex ob universalitatem deficit.

§. 13. Quamvis autem δεινότης saepe in malam accipiatur partem; non tamen semper mala est, sed indifferens, ut eadem in bonum uti & in malum abuti possimus. Ita, ut ipsa oriatur πανγραγία, calliditas, semper cum corrupta ratione agens.

§. 14. Hinc tria illa, δεινότης, cuius est agere: φέρνοις, cuius est bene agere: πανγραγία, cuius est male agere, probe discernenda sunt. Σύνεσις se habet uti discipulus qui quod Magister docet, recte & facile percipit deque iis bene judicat: Ita etiam illa, dum discit, percipit, intelligit & judicat de iis, quæ invenit & præcepit prudentia, eo, quod Græcis οὐνέους etiam sit discere.

§. 15. Unde qui πεπαιδευμένος esse cupit, is prudentis sit, & idem intelligens, memor, providens & sagax, solers & acutus, honeste & opportune consultans, æque & bene sentiens, verbo: Prudens; cum illæ facultates in uno subjecto sint, nempe prudente.

§. 16. Hunc, sive potius prudentiam ipsam, in definitione παιδείας diximus theoreticam, non, quod excluderemus praxin, quæ principaliter semper attenditur; sed, ut saltim innoteferet, nullam, in actionibus fieri posse singularium accommodationem absq; rerum universalium scientia. Quatenus E pœdia universalia tractat, eatenus est scientia & sic theoretica: Si universalia ad singularia applicat est prudentia: Nam absque scientia nunquam postest esse prudentia.

§. 17. Præ-

§. 17. Præterea multum ad hunc habitum conferre potest fidelis Præceptor , qvi & ipse πεποιηθευμένος , præcepta apodictica , quæ universe τεόπον θητικήμης perseqvuntur inculcare sciat.

§. 18. Tεόπον dico , de hoc enim qværimus , non ut perspicaces reddamur ad rem , sed ad rei modum , inter qvam naturalem perspicaciam maximè interest . Sic galli laudem qvidem germanis non negant , qvod interdum præclare inveniant , hoc autem rei est , negant vero iis , qvod ad modum rei tractandæ pertinet , disponere aptè & figurare variè .

§. 19. In hoc consistit DIFFERENTIA ipse est ποιδίας formalis ratio , non qvod in modo ordinandi duntaxat spectetur , sed qvod hoc in primis animadvertatur .

§. 20. Facilis E. est responsio , si occurritur nobis : Modum rei à re ipsa peti , si igitur ποιδία hominem reddit κερπὸν de modo doctrinæ , qvi fieri potest , si nullam illa rei cognitionem in se amplectitur ? Ita objiciunt , sed respond . cognitionem rei aliquam omnino ad hunc habitum reqviri , sed tantum , ut causam sine qua non ; formalis vero spectatur in modo rei , non in re ut prudentia apud Politicum , qvando illa non qvidem est sine virtute , non tamen est ἐπερ̄ virtus : ita etiam pœdia non qvidem est sine aliqua rei cognitione , formaliter tamen non est ipsa .

§. 21. FORMAM itaqve Pædiæ , magnam ad partem , in eo conspicere licebit , I. ut investigetur subjectum , deqve eo instituatur , qvæstio , cui apte & distinctè possint adhiberi instrumenta logica . II. Modi , qvibus applicantur .

§. 22. Qvod subjectum attinet , videndum est (α) an sit simplex , vel compositum . Illud , extra enunciationem , nude in suâ naturâ considerandum proponitur : hoc , præter naturam , mediorum & argumentorum vim & efficaciam simul eruit & examinat .

§. 23. Porro , si simplex est , attenditur (β) an sit ordinarium , vel ad certum ordinem reductivum . Si ordinarium est , qvod directè in lineam prædicamentalem ponunt , observatur an (γ) ratione essentiæ sit substantia seu accidens , vel (δ) ratione latitudinis an sit universale , an singulare .

§. 24. Si simplex est & reductivum , qvod etiam transcendens  
VO-

vocant, & per se qvidem in prædicamento non est, certo tamen modo ad id reducitur, etiam videndum est ( $\alpha$ ) an sit singulare, vel universale: Singulare ut omnem generis ac speciei rationem transcendat, ob essentia & substantia summam præminentiam, ut Deus, reducendus analogicè ad prædicamentum substantiae, quia maximè omnium per se subsistit.

§. 25. Si universale est ( $\beta$ ) an transcendat, vel fundamentum in ordinibus Prædicamentorum habeat. Illud si fit, nimirum quod ob nimiam latitudinem substantias simul & accidentia vincat ea-que potentialiter ac subjective includat, dupli rursus consideratur modo: *absolute sive in actu signato*, quomodo contemplatione metaphysica consideratur, nec opus est, ut ad certum aliquod prædicamentum revocetur, sed *ἀναλογίας* noëmata in logica forma-ta applicari finit. Sic actus & potentia sunt propria entis & non nisi per modum paronymicum de eo prædicantur. Ut quando dico actio est affectio, prædicatio respondet prædicationi, quæ est gene-ris de specie. Judicium vero, an aliquid accurate se habeat ut genus vel species materiale est. v.g. de genere physices non simplex logi-cus, sed physicus instrumentis logicis instructus judicare potest. Vel transcendentia illa considerantur *in actu exercito*, sic Theologus agit de actu primo omnipotentiae dei: Ethicus de actu I. Virtutis &c. Vel in ordinibus prædicamentorum fundamentum aliquod habet ad quod reducitur. Et vel rationem naturæ habet incomplexæ vel complexæ. Illud pars est, quæ reducitur ad totum; Privatio, quæ reducitur ad habitum. Hoc vero si nimirum habet rationem com-plexæ est concretum & collectivum. Concretum reducitur ad suum abstractum: Collectivum quod reducitur ad partes, sive species, ex quibus collatum est.

§. 26. Si thema est *compositum*, ex simplicibus nimirum sub-jecto & prædicato constans, ante omnia videndum est I. quodnam verum sit *subjectum* quæstionis, de quo prædicatum vel affirmatur, vel negatur omnisque vel explicatio, vel demonstratio, vel refu-tatio instituitur II. Prædicatum observandum est an de subjecto vel affirmetur, vel negetur, an universaliter, an vero particulariter, indefinite an singulariter tractetur.

§. 27. Quod II. Modum tractandi πειδεῖς attinet, vel in  
av-

*āvalūta*, vel in *γενέσι* eadem cernitur. Illa *āvalutikή*; hęc *γενετική* dicitur. Propterea tamen non separantur hęc operationes, sed in actionibus possunt conjungi, ita, ut *āvalutis γένεσι*, & *γένεσι* *āvalutow* habeat.

§. 28. In analysi diligenter attendendus est I. *Scopus*, intentio autoris, antecedentia & consequentia per diligentem lectionem, qvoties qvæstio obscura est II. *Ordinatio subjecti logici* ejusqve convenientia cum constructione grammatica. III. *Adverbia præpositiones* & cæteræ partes orationis, qvæ, exceptis nominibus & partici- piis, cum verbis constructis, nominis ingenium induere non possunt, verbi gratia, si dico hodiè dispuo, adverbium hodie non est nomen, sed saltem limitatio præsentis, qvod verbum dispuo adsignificat. Partes itaqve sunt verbū, & nomen logicum subauditur, sc. Ego Titius, hodie dispuo. IV. Varià subjecti acceptio, significa- tio ac potestas, si juxta inventum subiectum veram qvæstionem for- mare & intellectum, qvem h̄l. habet venari cupiamus V. *Status controversiae*. Hic enim, subjecto constituto, statim movendus est inq; omnem partem lumina mentis intendenda sunt; qvō recte appre- hendamus & percipiamus, qvid autor de illo subjecto, vel probare, vel negare, sive refutare velit. Ad qvam rem s̄æpe necesse est, ut non gravemur hoc vel illud caput saltem, sed totum scriptum, si qvæstio, seu proplema principale involutum est, & non prius thema, sed argumenta præmittuntur, perlegere.

§. 29. In genesi ante omnia evolvenda est II. *vocis significatio*, qvandoqvidem hęc ipsius rei est descriptio & eam tanq; confusiorem, cæteris mediis adhibitis, notitia seqvitur distinctior. Modo vocem simplicem eligamus, qvæ rem significatam repræsen- tet. Si vero latine ea deficeret ex cognata potest qværi, qvalem cognitionem lingua græca & latina hodie in scholis habent. Sic non male fecisse nos putamus, qvando doctrinam docendi & dis- cendi uno nomine vocavimus *παιδείας*; siqvidem simplicitas vocis primum lumen est totius tractationis.

§. 30. Deinde, qvia certa definitionis principia constituenda sunt, videndum erit II. Qvodnam ejus genus & qvæ differentia ex prædicamentis desumenda sit. Qui ordo, ab inquisitione partium ad totum nobis videtur melior, qvam si nonnulli primo omnium

loco proponunt definitionem, ut notissimam & deinde eam ut integrum & plenam resolvunt in Partes; has enim ante novisse oportet, qvam exactam totius cognitionem acquirere velimus. Hac tamen cum conditione, nisi autor aliquis definitionem primo loco proposuerit, sic enim in resolutione observanda & deinde in partes resolvenda est.

§. 31. Principiis ita evolutis, explicatis & enumeratis III. ipsa *definitio*, tanquam totum & principiatum ponitur, vel lectori in resolutione colligenda relinquitur, ceu porisma educendum IV. Videndum est qvænam præceteris *instrumenta* adhiberi deceat. Ubi summatis dicendo, ita procedere solent. ut

- (a) Si ipsum nomen origine non est manifestum, adhibeant ETYMOLOGIAM, quæ originem deducit & probat. *vid. c. II. §. 1.*
- (B) HOMONYMIAM, qvæ versatur circa variam vocis acceptiōnem, eamque ab ambiguitatibus liberat, ac dicit qvænam significatio h. i. obtineat. *vid. c. II. §. 3.*
- (γ) SYNONYMIAM, qvæ varia nomina proponit eorundemque similitudinem ostendit. *v. c. II. §. 2.*
- (δ) Qvæstiōnem an sit? si res dubia est.
- (ε) Genus definitionis, in categoria substantiæ vel accidentium evolvendum. *v. §. 8. c. II. it. §. 9.*
- (ζ) Differentiam, ut constituatur perfecta definitio & qvid sit. *ibid. §. 8. & 14.*
- (η) Causarum enumerationem, qvam ex definitione eruunt & sunt internæ.

I. Materialis, *Subiectum operationis, objectum, materiale, res considerata*, qvæ tamen non ubique habetur, in primis in substantiis, qvando in corpoream & incorpoream dividitur. Ad qvam etiam referunt partes integrantes, ut instrumenta ad formæ operationes edendas, qvales in homine sunt cor, cerebrum, epiphys, iecur, renes &c. *v. c. II. §. 40.*

II. Formalis, *Obj. formale, modus considerandi*, qvæ ut Princípium & causa formatum seu compositum constituit, & propterea in spiritus non cadit, nisi eos formas ipsas dicere velis easqve simplicissimas sine corporis mole. Haec Causæ licet expresse non ponantur, implicite tamen in definitionis membris

bris contineri solent, ex quibus in resolutione eruuntur. *vid.*

§. 41. c. 2.

Externæ sunt

III. Efficiens *Principalis quis?* *instrumentalis*, *Quibus auxiliis?*  
Et subjectum inhaes, quæ declarat existentiam, sive sit in definitione, sive in argumento; In hoc enim occupat locum medii, qui terminus, conclusionis respectu, est causa efficiens & à definitione non differt, nisi schesi, *vid. Cap. 2. §. 16.*

IV. Finis, ut sciamus propter quam rem hoc, vel illud sit, vel non sit. *ibid. §. 42.*

(d) Quæ faciunt ad illustrationem thematis, & sunt accidentia propria sive affectiones & adjuncta. *Vide passim in Cap. II.*

(i) Divisionem, si res eandem permittit. *Vide hujus c. §. 36.*

(x) Cognata, quæ haut exiguum lucem afferre solent *ibid. §. 43.*

(λ) Tandem diversa & pugnantia; cum contraria juxta se posita magis elucescant. *ibid. §. 44.*

§. 32. Hæc omnia, quoties in themate aliquo tractantur, numquam tamen eidem debent tribui, nisi ordine & satis clare de theoremate etiam probentur.

§. 33. OBJECTUM MATERIALE est res quælibet, sive certa aliqua disciplina & scientia, quatenus certis notionibus substatur.

§. 34. FORMALE est instrumentorum illorum exacta & accurata dispositio, ab ingenio versatili, aut in omni disciplina, aut circa unam & certam aliquam rem adhibita. Hæc *ταύτη* esto, hæc modus rei, nisi quarecumque præceptionum promiscuam velimus congeriem: heterogeneas & inconcinnas Constitutiones, quæ neque rectè proferuntur, defenduntur & quoad contraria nunquam debito modo refutantur, eo, quod solertia in ordinando & constituendo absit.

§. 35. FINIS consideratur tum ratione docentis, tum discipientis. Docens observet, ut breviter, perspicue, ordinate rebusque congruenter, verbo: prudenter doceat; discipulus, ut doctrinam recte & convenienter traditam admittat. Ac, ne ordinem doctor transgredi videatur, ipse arti analytices studeat & discipulus, ipso præeunte, discat. Neuter unquam disciplinarum principia confundat, semper illius memor: *Quid loquamur de Philosophia, dum*

versamur in Theologia: & rursus: quid loquamur de theologia, &  
versamur in Philosophia? Hæc de causis Pædiæ.

§. 36. Qvoad DIVISIONEM, sciendum est, duplarem con-  
stitui Pædiæ, universalem & particularem. Illa datur, si quis o-  
mnium rerum docendi modum tradit; hæc est unius alicujus cer-  
tæ rei, & propterea illi præferenda, qvod proficiscatur ex natu-  
rali instinctu ad certum qvoddam dogma. Universalis contra, quæ  
ad omnem scientiam atque parata esse vult, τὸ κείμενον ita non ha-  
bet. Eodem modo, uti medicamenta Polychresta in certo morbo  
illud non præstant, qvod unicum.

§. 37. Inter COGNATA Pædiæ optime referre licet pru-  
dentiam Medicam & Logicam. Quemadmodum enim Medicus  
prius de omnibus mediis, instrumentis, suæque artis, similibus prin-  
cipiis & propriis judicat ac disserit, & deinde prudenter, quoties  
opus est, sanitatem tuendo, morbosque curando, officio suo fun-  
gitur; Logicus vero præcepta & instrumenta format, postea sin-  
gulari mentis sagacitate ad rem applicat: Ita πεπαιδευμένος  
normas atque regulas constituit, quarum beneficio scientiarum jus  
atque privilegium saluum manet suoque modo ducirur & ab aliis  
scientiis sejungitur.

§. 38. Denique qvod OPPOSITA attinet, contraria est Pæ-  
diæ omnis ἀπαιδεύσια, eaqve ex variis causis ortum trahens. Sic,  
qvi res inquirere conatur, cum de demonstrationibus nihil, nihil de  
arte analyticâ contemplatus sit, is ἀπαιδεύσιος committit. Ita à  
juventute falsa audisse, sive institutis & præceptis, sive per male  
doctos Præceptores iisque pertinacissimè adhærere, ἀπαιδεύσια est,  
verbi gratia qui in hac vel illa seda informati & ridicula sibi eripi  
non patiuntur, ut discipuli Pythagoræ, ij, nisi cum damno, vix  
sentiunt, se esse deceptos, errasse & nescivisse.

## CAPUT II.

De

### Pædiæ speciali applicatione ad do- ctrinam de affectibus in genere.

§. I. In

**N**omni tractatione diligenter attendendum esse NOME ejusdemque SIGNIFICATIONEM evolvendam & varias SIMILITUDINES, monuimus in antecedenti capite: Idem & nos in voce affectus jam observare æquum est. Dici autem eam ab AFFICERE nemo dubitabit; quandoqvidem variè subjectum suum afficit, movet, inclinat, sistit, avertit, adeo ut pati etiam faciat. Vid. Berckringerus de Moribus, Familia & Rep. libr. I.c.35. §.3.

§. 2. Hinc græcè Philosophantibus dicitur ὄργη, impulsus: μῆδος passio: ἡρῷος & consuetudo; Latinè & quidem stoicè perturbatio & ægritudo, academicè affectio, peripateticè affectus. Οὐρανὸν dicunt à commotione, qvia rapit, μῆδος, qvia afficit. Vid. Horneius in Phil. Moral. l. II. c. VI. p. m. 215. Cognitio sensus, inquisiens, non fit sine corpore ejusque aliqua immutatione, saltem spirituali, ita nec appetitus sine corporis mutatione & passione esse potest, cuius immutatio motus animi dicitur, eoqve diligentius cognoscendus, qvod hic omnis virtutis materia sit; affectus enim & motus animi recte nosse, & ubi exorbitant emendasse, est secundum virtutem vivere, nego per virtutem aliud quidquam intelligitur.

§. 3. Secundum HOMONYMIAM varie affectus sumuntur: Theologi ostendunt illorum pravitatem, & qva ratione dirigen-  
di sunt ad bonitatem: Physici eosdem animæ appententis affectiones esse docent: Ethici moderamen eorundem, rectumqve in vita usum edocent: Politici, an turbato vel pacato animo ab iisdem qvid factum sit, attendunt: Rethores ad movendos, atqve incitandos auditorum animos, sive svadendum sive disvadendum sit, iis utuntur. Hac significatione 2. Rhet. c. 1. describuntur à Philosopho, ibique recte de iis agi defendit Gerb. Joh. Voss. Institut. Orat. Libr. II. Cap. I. p.m.402. Obstrepit nobis inquit, nuperus sophista, qvippe grandi cum superciliorum adversus Arist. insurgit atqve in Rethoricis de affectibus agi potuisse negat; qvia de iis in Ethicis sit retractatum: Mirum vero, nisi hoc ignoravit, non adiecisse etiam in Physicis de eo agi potuisse, atqve adeo actum videri. Ut ut est pluribus ab Aristotele locis de affectibus actum esse haud diffitemur, neqve aliter fieri debuisse nobis persuasissimum est, cum id diverso factum sit fine & modo. Nam in Physicis agendum est de affectibus; qvia accidunt certæ corporis naturalis speciei, puta animali. In Rethoricis de iis docuit; qvia

oratoris est ciere affectus in auditoribus. Itaque non quidem omnes affectus considerat in Rheticis, sed ceteris praeteritis, eos solum explicat, qui conferunt ad persuadendum. In Ethicis vero de iis tractatur; quia virtutis opus est moderari affectus; sic ad virtutis mediocritatem, cuius sunt objectum & materia interna, redigendi veniunt. Res enim eadem sub diversas cadere est nata disciplinas, quatenus illorum objectum est materiale, licet quoad objectum formale, non cadat nisi sub unam, verbi gratia affectus, ut sic sub Ethicam, de quibus ea & in quos proximius intimiusque inquirit; tum quia numerantur inter principia ac causas actionum humanarum; tum quia in his circundis dirigendis atque corrigendis excubat virtutis vigilia, quae cum suis actionibus argumenti utique ethici; tum quia sic melius animadverto discrimen inter virtutes & affectus, ex quibus illae ad primam speciem qualitatis, hi ad tertiam pertinent. Vide etiam Thilonis Pathologia oratoria Cap. I. p. m 2. Ubi à Rhetorum scholis affectus non excludi posse affirmat, quod de iis ethica & Physica agat, prout id nonnulli Aristoteli objiciunt, primis etiam bonarum litterarum tironibus constare puto, quibus tritissima inter rem & considerandæ hujus modum distinctio non est ignota.

§. 4. Mistos autem esse affectus ex actionibus & passionibus, non meras passiones, ex eo videtur clarum; quia appetitus movertur ab objecto cognito & excitatus actum in se recipit, & sic sunt passiones. Sunt etiam actiones, quando nimis appetitus ab objecto cognito excitatus, motus producit, ut verbi gratia, mox amet, mox odio prosequatur. Interim non diffitemur passiones potius esse quam actiones; quia passiones in iis motibus magis manifestæ sunt.

§. 5. Sumuntur etiam interdum ut τα ἡγη denotent. Sed discrimen inter haec tria τὸ πάθος. θέση & εἴδη est evidentissimum. Sic πάθος est passio seu receptio actionis, θέση exit ad actiones, εἴδη est consuetudo. verbi gratia πάθος est ira, θέση iracundia, εἴδη irascentia, sive consuetudo. Ita quando video egenum patior, quæ passio est misericordia & πάθος, haec efficit liberalitatem, quæ est θέση; consuetudo vero est εἴδη.

§. 6. Displacent hic nobis STOICI, dum affectus pro perturbationibus & ægritudinibus habent, quarum illa nomine ipso est vitiosa, ut tranquillitatem animi turbans, quæ perinde in animo est id, quod ægritudo in corpore. Qui sententiae etiam hanc ob causam.  
cum

cum Vossio l. c. p. m. 450. nigrum theta praefigimus; cum in affectibus modus servari possit & debeat.

§. 7. Nos ÆQUIVOCATIONEM vocabuli affectus tollentes, eum non corporis, sed animi affectum dicimus, neque affectiones, ut cœli & astrorum afficientiam, sed ethicè & quatenus motum animi designant h. l. tractamus.

§. 8. Ipsum vero *THEMA* cum simplex sit & accidentale, ex Categorialia qualitatis desumimus genus, motum eumque nec potentiae cognoscentis, non locomoventis sed appetentis. Hinc differentia à subjecto est appetitus sensitivus & fine quod est apprehensio boni & mali. Causa efficiens, sunt Spiritus vitales &c. Quibus si additur subjectum corpus ac objectum bonum & malum it finis, salus animalis, integra DEFINITIO causaliter formari potest h. m:

Affectus est motus appetitus sensitivi in corde, ex apprehensione boni, vel mali, mediantibus spiritibus aliisq; causis, ortus, boni consequendi & mali vitandi gratia. Philosoph. 2. Rhet. cap. I. edit Schrad. p. m. 93. ita eum describit Στιθὲ τὰ μάθη, δὶ σοι μεταβάλλοντες, διαφέροντες ταῖς καταστάσεις ἐνεταλύπη, ναὶ ἡδονή. Motus animi, quibus immutati homines aliter atq; aliter judicant sunt ii quibus consequens est molestia & voluptas. Recte hic assertur, affectum non esse, quando de eadem re, non eodem modo judicamus simpliciter, sed quando animi insuper commotioni pedissequax affectuum accedunt, voluptas, aut dolor. Neque enim ab affectu semper est, quod à priori iudicio deflectamus, sed quia magis scrutando, certius deinde rem cognoscimus, juxta illud Euripideum: δεύτεραι φρονίδες οὐ φάτεροι, curæ secundæ sapientiores. Hinc ad illas pedissequas videt M. Antonius apud Cic. 2. de orat. si inquit: Plura homines judicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut letitia, aut spe, aut timore aut errore, aut aliqua permotione mentis, quam veritate, aut prescripto, aut juris norma aliqua, aut judicii formula. Vid. Edit. Coloniæ Agripp. apud Petrum Horst 1574. Tit. affectibus.

§. 9. Resolvemus singula. GENUS affectum est motus: excludimus hinc facultates animæ naturales; quarum motus ut, genus, affectio est, commotio videlicet inter facultatem & habitum media.

media. Uti enim aliud est facultas ambulandi, aliud ambulati,  
ita aliter se habet facultas irascendi, aliter ira.

§. 10. Neque genus *habitus* facultatis esse potest; quia  
affectus est quasi partus & consequens naturæ, habitus vero cre-  
brarum actionum qualitas; illi insunt bestiis, non item habitus.  
Affectus sunt subiti motus animi, absque *consilium* siye consilio;  
non item habitus; ab affectu dicimus *commoveri*, quia ab  
eo animus alteratur non nihil & mutatur; ab habitu vero audi-  
murus *disponi*. Ab habitu laudamur, vel vituperamur,  
ab affectu non item; cum per se sit quiddam indifferens, nisi recte,  
aut secus gubernetur, hoc est nisi quid moderaminis, aut nihil ac-  
cesserit. Sic verecundia est laudabilis affectus, non tamen est ta-  
lis propter se, quam modum. *Recte ergo dicitur motus*, si eundem  
ethicè, ut motum cordis acquisitum, quo mediante animus noster  
commovetur, consideres, v.g. gaudendo, desiderando & ita por-  
ro.

§. 11. Abeunt hic iterum à Nobis Stoici. Academicí enim  
& Peripatetici. per passiones simpliciter intelligunt *Motus appetitus*  
sensitivi, prout in se spectantur, non ut refragantur rationi. Sto-  
ici contra eas vocant, ut à ratione ejusque proscripto exorbitant;  
imo, non tam motus appetitus sensitivi ab ipsis dicuntur, quam  
pravæ opiniones & judicia rationis. Hinc Zeno, Princeps stoicorum ita definiebat affectus: πάθος ἐστιν ἄλογος πάθη φύσις  
κίνησις, η ὁρμή πλεονάγοσα. Perturbatio est aversa à ratione, con-  
tra naturam, animi commotio, vel appetitus vehementior, ut testatur  
Diogenes Laertius in Zenone. Et per τὸ ἄλογον, non tam quod si-  
ne ratione fit, quam quod contra eam intelligit. Vide Edit. Londi-  
ni 1664. Libr. VII. D. P. m. 190.

§. 12. Idem fundamentum passim substruit Seneca in Dis-  
putationibus, Libr. de Ira II. cap. 3. edit. Genev. p. m. 410. Ira,  
inquit, non movere tantum, sed excurrere debet. Est enim impetus,  
nunquam autem impetus sine assensu mentis est; it. lib. 1. c. 9. Si exau-  
dit rationem & sequitur, quia dicitur jam non est ira, cuius pro-  
prium est contumacia, & paulo post si modum sibi abhiberi pa-  
titur alio nomine appellanda est, definit ira esse, quam effrenatam in-  
domitamque intelligo. Id quod de ceteris affectibus, pari modo,  
intelligendum cupit.

§. 13.

§. 13. Ast , aliud est *motus in se*, aliud ~~exorbitantia~~ ejus. Sive<sup>1</sup>  
ut exemplum demus , aliud est odium simpliciter , aliud odium  
virtutis, vel hujus & illius rei. Melius ergo loquuntur Peripate-  
tici & Academici , qvando definitione sua nudos animi motus  
complectuntur atqve ea , qvæ his per se insunt. Stoici vero una  
cum definitione involvunt & motum ipsum & qvæ ei accidentunt,  
res natura sua distin<sup>t</sup>issimas , qvod in veritatis investigatione est  
periculosisssimum, v.c. qvod motus excurrant, non competit eis, qva-  
tenus sunt motus simpliciter, sed qvatenus motus sunt vitiosi , sive  
qvod imperium rationis detrectent.

§. 14. Qvod DIFFERENTIAM concernit , desumsimus  
eam , tum à subjecto, tum à causa finali. SUBJECTUM INHÆ-  
SIONIS QVOD est animal , in specie brutum & homo. Accidit  
enim affectus speciei corporis , animali & sic etiam bestiis ; qvia  
causæ affectuum in iis dantur anima videlicet sentiens & appe-  
tens ; dantur etiam voluptas & dolor eorundemqve species amare,  
odisse lætari tristari &c.

§. 15. Discrepant & hic Stoici , qvī affectuum vice in bestiis re-  
periri feritatem , rabiem eaqve affectionibus tantum similia. Fun-  
damentum eorum hoc est ; qvod moderatio affectuum non cadat  
in bruta ergo nec ipsi affectus. Sed R. cadunt in bruta materialiter,  
ut sunt spiritus vitales & motus agitantes & affligerentes cor totum-  
qve corpus. Sic leones variis modis videmus mitigari , ciconias  
amare &c. non tamen id intelligi volumus formaliter , quasi for-  
malitate morali ejusmodi affectiones possideant ; cum earum mo-  
deratio non à ratione interna proveniat , sed ab externo principio  
nempe domantis providentia.

§. 16. SUBJECTUM INHÆSIONIS , UT QVO est facul-  
tas appetens , sive appetitus sensitivus. Unde affectus homi-  
ni communis est cum brutis , uti & persecutio & fuga , qvæ id  
in appatu sensitivo sunt , qvod affirmatio & negatio in facultate  
cognoscente. Qvod autem tales motus sint in anima sentiente  
liqvere itidem potest , inquit Horneius . l.c.p.m 219. modo quis recog-  
itet , de qvibus motibus hic queratur , nempe de cupiditate , ira ,  
metu , amore &c. Causa est qvod omnes hi cum alteratione corpo-  
ris siant & uno actu animum simul & corpus immutent. Null-

Mus autem motus, vel anime volentis, vel intelligentis fit cum mutatione corporis primo; anima enim intelligens, ut sine organo corporis cognoscit, ita etiam sine ejus passione appetit. Quare motus illi in *anima intellectiva*, aut ejus appetitu esse non possunt. Non negamus ab illo excitari posse; cum appetitus ipse sensitivus à voluntate moveri queat. Sed aliud est, affectum à voluntate *fuscati*, & aliud, eum in voluntate *residere*. Inde secundum Berckringerum l.c. § 25. SUBJECTUM affectus, propriè, COR est, convenienter Scriputræ, quæ nos jubet DEUM diligere ex toto corde, tum pulsus hominis indicium esse, inquit, cor ab affectibus vehementer agitari.

§. 17. STOICI contra, affectus opiniones & judicia statuentes, ad Cognoscentem facultatem eos referunt. Iterum male, cognoscimus enim sub ratione veri, aut falsi, appetimus sub ratione boni & mali; Per affectus alteratur Corpus quod de facultate cognoscendi non potest; cum neq; Mens, neque Phantasia per se & proxime sanguinem, aut spiritus moveant, hisq; instrumentis corpus alterent, sed inter eas & affectum intercedit appetitus, qvī dum perseqvitur, vel fugit objectum tanquam ministros assumit sanguinem & spiritus.

§. 18. His accedit, quod quodvis ACCIDENS requirat ad aquatum subjectum. Fueri vero, licet usu rationis deſtituantur & bruta plane eodem careant, tamen affectibus agitantur. E. TANQVAM JUDICIA AD FACULTATEM COGNOSCENTEM referri non possunt; cum neque bruta neque infantes sub ratione veri & falsi appetant; bene autem sub ratione boni & mali.

§. 19. Nihilominus Stoici in ANIMA RATIONALI affectus collocant & voluntarios esse docent, testante in Academ. qvæſt. Cicero, quando inquit: *Cam Antiqui perturbationes naturales dicebant & rationis expertes, aliaque in parte animi cupiditatem, in alia rationem collocarent, ne his quidem assentiebatur Zeno: Nam perturbationes voluntarias esse censebat &c.* Et 3. de fin. Zenonem introducit, afferentem nulla naturæ vi affectus commoveri omniaque ea opiniones esse ac judicia levitatis Vid. & 4. Tusc. Qvæſt. Idem ex Plutarcho discitur: Stoici, inquit, libr. de Virt. Moral. in init. affectus dicunt esse pravam & intemperantem rationem à vitioso & falso judicio vices consecutam. Et Seneca Epist. 75. affectus, sunt Motus animi im-

pro-



probabiles subiti & concitati ; qui frequentes neglectique fecerunt morbum. *Vid. edit Elsevir. Lugd. Bat. 1649. p. m. 222. & 223. Hornejus libr. II. c. VI. p. m. 220.*

§. 20. At, *αφιλοφως* in voluntate *Proprie* locantur, affectus, dum imperium voluntatis non suscipiunt, sed uniti cum corpore corpus etiam faciunt pati, dum, quoties affectu animi turbatur, sanguis movetur totumque saepe corpus. Voluntas vero est immaterialis & si sedes esset appetitus, nullus in nobis, in vitiis, surgeret motus subitus. Si vero aliqvid analogi affectus in voluntate quis vellet, quasi ea a *judicio rationis* moveretur, uti appetitus a *judicio* sensus hasque motiones affectus nominare, illi non repugnabimus.

§. 21. An vero in SERVATORE nostro affectus sedem habuerint, multi querunt. Sed absque injuria potest illud affirmari, si affectuum naturam non depravationem exprimimus. Apparuisse affectus in vita ejus, *inquit Joh. Christoph. Bechmanus Doctrina Moral. Cap. VII. §. 10. p. m. 169.* Ideo desideravit calicem, si fieri posset a se auferri, flevit misericordiam Hierosolymorum, objurgavit incredulitatem discipulorum, infremuit spiritu & turbavit se ipsum *Joh. XI. 33.* Solius risus nulla in vita ejus fuit mentio; nascitur enim ex gaudio subitaneo, quale in perfectissimam ejus animam cadere non poterat.

§. 22. Qvoad Causam EFFICIENTEM dicimus plures tales posse dari aliosque hanc, alios illam asserere. *Berckringerus I. c. humores & spiritus assumit*, quia ab iisdem affectuum veniat varietas. *Bartholomaeus Anglicus de genuinis rerum caelestium terrestrium & inferarum proprietatibus libr. IV. Cap. IX. p. m. 107.* inter humores referens Phlegma, a *Φλέγμανος* est, corpore deses, gravis & tardus & sensum hebes, mente oblivious, corde timidus, piger somniculosus. Huic consentit *Philippus Grylingius*, in seinen teutschen Arzney Buch p. m. 43. von den vier Complexionen des Menschen / ferner spricht er / ist nothig zu wissen / daß der Mensch aus vier Elementen zusammengesetzt / daher auch vier Complexionen bey den Menschen entsprungen / als / Complexio Sanguinea, Cholerica, Phlegmatica und Melancholica. Die Phlegmatici sind gemeinlich dick und feist / schlaffen gern/tran-

cken viel / habeneigensinnige Köpfe / schwere Gedanken &c. Werden dem Element des Wassers verglichen / welches auch kalt und feucht ist.

§. 23. Ast τὸ φλέγμα inter humores naturales referre & existo certos affectus deducere pro commento veterum habet Jacobus Pancratius Bruno in voce Phlegma p. m. 922. olim inquiens à veteribus inter humores quatuor naturales relata humor frigidus & humidus in corpore existens hyeme potissimum excedens Gal. c. de nat. hum. t. 4o & alibi. Verum cum commentum hoc veterum hodieque exoleverit, per φλέγμα, vel pituitam intelligitur humor crudus, aqueus, excrementarius, vel naturaliter, vel p. n. in corpore genitus & collectus. Quo pertinent Mucus narium, Saliva, Phlegma ventriculi & intestinorum &c. Quamvis significatio hujus vocabuli græci non respondeat cum ejus derivatione & Etymologia; siquidem præ se fert etymon hoc φλέγμα accensionem, utpote à φλέγειν descendens. Hinc Anglicus l.c. τὸ φλέγμα est inflammatio, dicit, incendium & ador, it. humor albus & frigidus, per antiphrasin, apud Medicos pituita dictus, quasi minimè urat.

§. 24. De CHOLERICIS, δοτὸ τῆς χολέρας, biliosis, idem differit Barth. Anglicus, quod in ejusmodi hominibus humor ille, si naturalis sit, animositatis & audaciæ sit generatus, mobilitatis & levitatis effectivus: ad iram & ad appetitum vindictæ excitatus, venerei appetitus provocatus Vid. p. m. 110. Et de eadem voce citatus J. P. Bruno p. m. 294. & 295. Item Grylingius cit. l. Die Cholerici sunt zornig / haben Lust zu Kriegen / unfreundlich / verweigen / fühn / wollen alle Dinge eylig haben / und allemahl mit den Kopffhinaus se. Sind hitziger Natur / wie das Feuer dem Element sie auch verglichen werden.

§. 25. De Melancholicis, ἀ μέλαν & χολὴ, quæ atram bilem denotant, iterum eleganter discurrit J. P. Bruno in vocibus Melancholia p. 839. & 840. & Bile atra p. 172. tres adducens significaciones naturalem, præternaturalem & eam, quæ Morbus est. In hac, inquit, quæ morbum denotat communis consensus est, quod intelligatur delirii species cum tristitia & metu sine causa evidente oborta. Unde si tristes interrogati quid timeant, vel pro quo doleant, non habent quid respondeant. Alii mortem sibi imminere putant

irra-

irrationabiliter , alli inimicitias alicuius formidant , alii mortem diligunt & desiderant , de tristabili gaudent , de re exultanti dolent &c. Vid. l.c. B. A.p.m. III. 112. 113. 114. Et l.c. Grylingus. Die Melancholici sind furchtsam / traurig / gehen stets mit schweren Gedanken um / sind böse / geizige fortheilhaftige Leute / gönnen sich selbst nichts gutes / sind eigensinnig / reden wenig / können sich leicht etwas einbilden / und werden der Erden verglichen.

§. 26. Aqualini , Sangvinei plerumque dicuntur , qui abundantia Sangvinis gaudent , vel Plethora , sive sit legitima , ubi sanguinis laudabilis redundat , seu sit spuria , in qua sanguis cum impuritatibus mistus abundat Vid. J.P.Bruno in vocibus *Plethora* & *Aqua-*  
*lini*. De iis hæc asserit Gryling ; Die Complexiones sangvinea betreffend seynd solche Personen / milde / lachen gern gegen iederman / sanftmütig / lassen sich nicht leicht erzürnen / werden bald wieder gute Muhts / sind kostfrey / und werden der Lüfft verglichen. Hæc illi de efficiente affectuum.

§. 27. Distinctius nobis videtur procedere Beccmanus in lineis suis Doctr. Mor. c. VI. §. 11. p. m. 172. quando , de variatione affectuum docens , I. à naturæ impressione eosdem pendere dicit. In lingvas , inquit , discendas propendere , quorum felix memoria est ; In Poësin , Pictoriam , Musicam , qui imaginatione prævalent &c. Cur autem in Poëtis sæpe aliquis excessus , aut defectus rationis deprehendatur , imaginatio fortassis facit , quæ apud ipsos prævalet & eadem ratio est apud amantes , cur in versificationem inclinent , unde etiam pictores subinde eclipsin rationis sentiunt. II. A Consuetudine ; hæc enim , cum altera , velut ingeniorum mater sit , opiniones , quas à prima pueritia hausimus , plerumque in senectute retinemus. Sic qui assueti sunt ferocia tractare , ferociores etiam redduntur. III. A temporibus ; quandoqvidem & illa sæpe mutant mores , uti vides in Romanis , qui primum armati comparuerunt , sub Cæsariis , deinde inertia consenserunt. Causam tamen non in solo tempore , sed in ipsa natura humana recumbere rectè docet Seneca de Consol. ad Helviam Matrem Cap. VI. edit. Genev. p. m. 629. Mobilis , inquit , & inquieta mens homini data est ; nunquam se tenet , spargitur , & cogitationes suas in omnia nota atq; ignota dimittit vaga & qui-  
etis impatiens & novitate rerum letissima &c. IV. A Patria , quæ veluti

veluti proprius hominum animos rapere solet, cuius gratia com-  
mode à Becmano c.l. allegantur verba Lansii : *Quemadmodum,*  
*dicit, omnia animalia plumbos aut pilos habentia, infestantur*  
*pediculis præter asinos & boves, qvis sunt immunes; ita nulla natio vitiis*  
*omnino caret, nisi sit plane asinina & bovina, in quam nec boni, nec mali*  
*vis aliquid possit.* Et ut nullum magnum sine venia placuit ingenium :  
*Sic nullus unquam populus, Resp. aut imperium sine mixtura fuit demen-*  
*tiae.* Perpetua in rerum natura & hominum moribus est quadam, quodasi  
mellis & fellis conjugatio. *V.* A corporis bonitate & forma, quodæ sæpe  
juventutem dissolutam inducit, senectutem vero sero preeniten-  
tem. *VI.* A bonis fortunæ, cæterisque objectis omnibus. Nobili-  
tas enim antiqua ingenium facit come, quia Nobiles ejusmodi in  
tribuendo honore, tuto longi & benigni esse possunt, cum debiti  
honoris sibi sint certissimi. Nobilitas contra nova, aliique honores  
novi ingenium suspicax faciunt, quia nondum satis certi sumus,  
quantus honor nobis tribui debeat. Inde tales in inferiores sæpe  
nimis austrierga æqvales nimis verecundi sunt.

§. 28. Hinc putatur, *Mores veluti exercitia esse ingeniorum, &*  
*ab his mensuram accipere v.g. ambitiosa, contendere: Iactabunda, me-*  
*tuere: Voluptuaria otio se dare, juxta illud: Mores animi sequan-*  
*tur temperamentum corporis.* Verum, placet Becmano c.l. tempera-  
mentum potius sequi mores animi, quippe quod non, nisi instru-  
mentum sit, iisque exercendis, quæ ab animo proposita sunt.  
Exempla hujus rei desumit ex Voetio T. 1. Disp. de Creat. Append.  
2. p. 849. animam, inquiete, sanctificatam uti *sangvinea comple-*  
*xione* ad promptitudinem, alacritatem & gaudium in B.O. & officiis  
pietatis: *Melancholica* ad profundam rerum cælestium contempla-  
tionem & seriam praxin pænitentiæ; *Cholerica* in Zelo, fervore  
& sancta contentione pro causa DEI omniumque expeditionum  
spiritualium executione celerrima. Contra animam perversam uti  
temperamentis, tanquam armis injustitiae & complexione *sangvinea*  
ad facilem prolapsum in securitatem mundanasque oblectationes;  
*Melancholica* ad solitarias machinationes, hæreses, superstitiones;  
*Cholerica* ad rixas.

§. 29. Hæc sententia etsi nobis non displiceat, putamus ta-  
men certa ratione, & illud recte dici: *Mores sequuntur temperamen-*  
tum

rum corporis. Si enim temperamentum aliquod assumo v. g. sanguineum aut cholericum &c. non cogitandum est, quasi affectus, totaliter & necessario, ab illis dependeat; Verum partialiter & contingenter. Plures enim ad affectuum generationem causae possunt concurrere, tam internæ, ut *institutio affuefactio*, quam externæ, quale quid est *objectum alliciens*. Atque his non semper ratio intactum, vel externum, vel internum prorumpere sinit, ut in biliosis, quos interdum temperare iram videntur.

§. 30. Usque adeò temperamenta inclinant tantum, non necessitant. Quamvis enim homines ut plurimum ita vivant, prout per naturam sunt proclives; tamen IN VIRO MORATO, id est, recte instituto atq; educato secus se res habet, superante ratione cum consuetudine congruente depravatas naturæ inclinationes. Si verò affectus totaliter sequerentur temperamentum corporis, supervacaneæ essent & inanes omnes disciplinæ, frustaneæ leges; quia hæ sunt propter mores; deridendus etiam esset legislator, tanquam qui lege sanciret viperas non debere parere venenosum partum.

§. 31. Rursus hīc aliter procedunt Stoici, unde inter hos & Peripateticos & nominale, & reale bellum exortum est. Nominale dum Stoicis affectus est nomen rei, natura vitiosæ, Peripateticis verò per se, non vitiosæ, sed quæ tantum per excessum & defectum vitiari possit. Hinc, quod hī affectum, illi ægritudinem & perturbationem vocant. Stoici in genitura considerant: (1) Φαρτασία, quando mens, subito, specie rei objectæ movetur: (2) εἴξι Cessionem sive admissionem motus, qua eadem mens mota, vi quadam pellitur, verbi causa, repentino periculi nuncio, quo sapientis quoque animum paulisper moveri ajunt, neque tam moveri præsentia mali, quam motu rapido & inconsulto ideoque involuntario: (3) Συγκατάθεσιν, Confessionem, qua eadem mens Φαρτασίαν & εἴξιν, stultorum more approbat, qui qualia primo animi impulsu visa sunt sæva atque aspera, talia esse putant, & propterea perturbantur quoque, (4) ἐρυηνή, appetitus concitacionem, adeoque ipsum affectum. Sed cum Peripatetici loquuntur de motibus, qui cum alteratione corporis fiunt, Φαρτασία, profecto nihil menti potest objicere, quod eam immutet. Quod autem sine

orga-



organō corporis, sub ratione veri, aut falsi cognoscat, & sine passione, sub ratione boni & mali, appetat, affectumque excitare possit, non negamus. Motus verò illos imperium voluntatis non suscipere diximus §. 20 hujus c. Ad illud, homines, stultorum more, ab affectibus perturbari, facilis est responsio. Quid hec ad affectus? confundis eos cum ipsa exorbitantia.

§. 32. De bello reali hæc nota sunt, i. quod inter partes dissentientes ortum sit ex definitione. Nam Stoici affectus omnes opinionem definiebant, sed Peripatetici motu eoque sensitivo. II. Ex attributis, Stoici affectus malos, Peripatetici, bonos pronunciabant. Hinc illorum distinctio inter τὸ πάθος, commotionem à recta ratione aversam, ortam, vel ex opinatis bonis, quæ libidinem & lætitiam, vel ex malis, quæ metum atque ægritudinem secum ducat: Et Εὐπάθεια commotionem placidam & secundum rationem, quæsi veniret ex opinatis bonis voluntas & gaudium, sic ex opinatis malis cautio oriretur. Nullus inde secundum Stoicos sapiens præsentis mali opinione afficiebatur, sed cavebat illud: Voluntas bonum appetebat, cui de bono adepto collaterale erat gaudium: Cautio devitabat malum, quod & sapiens fugiebat: volebat sapiens, sed non cupiebat, gaudebat, sed non lætabatur; Cavebat, at non metuebat, nendum præsentis mali sensu permoviebat. Vid. Citat. l. Berckring. p. m. 224.

§. 33. Bellum tamen hoc à multis componitur. Certum enim est male loquentes Stoicos optime sensisse, ut qui, universum genus perturbationum damnando, damnarint eam partem, qua ab ipsis damnatur Peripateticis. Affectus nullo modo esse bonos, aut malos moraliter, ne ipsi quidem dixerunt. Volunt Εὐπάθεια cadere in sapientem, quem velle, gaudere, cavere, non item perturbari dicunt. Si itaque Εὐπάθεια est bona affectio, affectio utique erit. Dicere autem, quod non sit affectio, sed constantia affectioni opposita, est mutare nomen non rem, imo uti nomine minus recte.

§. 34. Quamvis itaque stoici recte definiant affectus, si vocem capias ut illi, melius tamen Academicī & Peripatetici loquuntur & sentiunt. Causa est, quod hi definitione sua complectantur nudos animi motus; Stoici verò una appellatione & definitione involvunt motum ipsum, & quæ ei accidunt, res natura sua distinctissimas,

mas, qvod periculoseum est in veritatis investigatione. Quid enim ad naturam motus, qavtenus motus est, si exorbitet, aut non, cum tam sit animi motus, cum male qvicqyam metuatur, qvam cum bene? utrumque enim est metuere, utrumque etiam metuere immutat animalum, corporis aliqua alteratione dolorem excitante, aut voluptatem. Omnes motus E. animi, sive excurrant, sive in officio continentur, conveniunt inter se, qvatenus motus sunt, & qvatenus habent qvæ per se ad accutiam motus spectant. Qvod autem excurrant competit eis, non qvatenus motus sunt simpliciter, sed qvatenus motus vitiosi, sunt, seu qvatenus imperium rationis detrectant.

§. 35. Idem sentit Horneius. Stoicis, inquit, non tam de affectibus simpliciter sermo est, quam ut nū minū compescantur. Compescere autem eos in nobis possum est, & sic judicium, aut voluntas nū... habet. Cum ergo disputant dolorem metum, iram ceterasqve vitæ mortaliū pestes, ut illi vocant, nostra nos culpa & voluntate accersere, sive opiniones pravas & levium ingeniorum judicia corrupta esse, id præcipue volunt, indulgere nos nobis nimis, nec reprimi dolorem, iram &c. ut poterant, idq; eo fieri, quod superar in non posse prave nobis persuasum sepe fit. Vid. c. l. p. m. 221.

§. 36. Nec profecto dubium est, qvin id rectissimè doceant: Infinita enim ferè sunt, qvæ cum humano ope tolerari, aut superari possunt, si recte se qvis ac sua instituat, supra hominis tamen constantiam esse, vulgo putantur. Tormentis non summittere fidem, cruciatus & mortem ipsam non muliebriter metuere imbellibus supra hominem sunt. At non Anaxarcho, cum inter tormenta multa, ingeret Nicocreonti Cypriorum Tyranno & in pila ingeminaret illud: Tu quidem Anaxarchi culeum tunde, Anaxarchum vero ipsum non tundis. Nicocreante vero etiam abscindi lingvam ejus jubente, fama est, dentibus excisam in eum expuisse. In eumque est illud nostrum:

Tundite Nicocreon adhuc etiam valde, culeus est

Tundite: Anaxarchus autem in foviis est jam divis,

Teg, distinguere paululum nubilosa hæc dicet

Verba Proserpina, abi molitor improbe.

§. 37. Imbelles ergo animos accusant Stoici, si affectus ar-

D

guunt

guunt, ut præclarè Cicero juxta eorum decretā 5. Tuscul. illud exponit, disputans contra dolorem, acerrimum, ut vocat, Virtutis hostem. Pueri Spartiatæ, inquit, non ingemiscunt, verborum dolore latrati Adolescentum greges, Lacedæmones, vidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, mortu denique ut exanimarentur, priusquam se victos faterentur. Quæ barbaria india agrestior aut vastior? In ea tamen gente primum ii, qui sapientes habentur nudi et atem degunt. Et Caucasi nives hiemalemq; vim perforunt sine dolore: Cumq; ad flammam se applicuerint sine gemitu aduruntur. Mulieres vero in India cum est cuiusq; earum vir mortuus in certamen judiciumq; veniunt, quam plurimum ille dilexerit, plures enim singulis solent esse nuptæ. Quæ est vix et leta prosequenibus suis, una cum viro in imponitur. Illa victa mæsta discedit. Nunquam naturam mos vinceret: est enim ea semper invicta. Sed nos umbris, deliciis, odio, languore, desidia animum infecimus, opinionibus maloq; more delinitum molivimus. Hec ille. Idem de Getarum fœminis tradit Pomponius Mela lib. 2. de sit. orb. c. 2.

§. 38. Constat hinc non tam ipsos motus intelligi, qui à natura sunt, quam nostram ut vocant, συναταξίστησι, sive quod nimium saepe iis frenos laxemus. Docet id diserte apud Agell. lib. 19. c. 1. ipse Epictetus, cuius hæc sunt verba: Visa animi, quas Phantasias Philosophi appellant, quibus mens hominis prima statim specie accidentis animum rei pellitur, non voluntatis sunt, neque arbitraria, sed vi quod adam sua inferunt, se hominibus possitanda. Probationes autem quas συναταξίστησι vocant, quibus eadem visa nascuntur ac dijudicantur voluntariæ sunt fiuntque hominum arbitrio. Similia habet Seneca Ep. 116. & 71. Et tremet sapiens, et dolebit et expallescet. Hi enim omnes corporis sensus sunt, ubi ergo est origo calamitatis? ubi illud malum verum? Illic scilicet si ista animum distrahabunt, si ad Confessionem servitutis adducunt, si illi pœnitentiam sui faciunt.

§. 39. Sic Tacitus libr. XV. Annal. c. 60. & 61. p. m. 766. & 767. de Seneca refert, quod, cum propinqua vespera tribunus, à Nerone missus venisset & villan globus militum sepississet, nulla pavoris signa, nihil triste in verbis ejus, aut vultu deprehensum fuerit, uti ipse tribunus Neroni, an Seneca voluntariam mortem parasset? quærenti referebat. At, vix lacrymis amicorum, c. 62. coercitis, iisque ad præcepta

cepta sapientia ductis, ipse Seneca; complexu uxorius, adversus presentem fortitudinem mollitus, ab eodem Tacito c. 63. introducitur.

§. 40. Sequitur OBJECTUM, seu MATERIA CIRCA QUAM, bonum, vel malum, jucundum vel triste, utile ac honestum, inutile ac turpe. Cum enim affectus non à sensu solum, sed etiam à ratione oriantur, pro diversis subjectis, hæc ipsa affectus concitant possunt, aliter in viro pollente ratione, aliter in puer. Si inter hanc & phantasiam dissensus oritur, judicando inter bonum & malum, altera succumbat necesse est, ita, ut vel ratio affectum, vel hic rationem vincat. Omnia tamen hæc, nullis etiam sensuum objectis exclusis, si affectus carent, sunt in hominis potestate ethicè; alias non possent homines puniri ob affectum intemperiem, qualis est duella, cædem, adulteria & alia vitia committere.

§. 41. FORMA affectuum in ipsa objectorum persecutione, aut fuga consistit. Si enim objectum bonum est, tunc jure illud persequimur, si malum aversamur, v. g. desiderium habet rem placitam & absentem, hujus persecutio ab appetitu concupisibilis est ipsa desiderii forma. Et sic in cæteris.

§. 42. FINIS & quidem remotus, est salus animalis, proximus, ut consequamur bonum & vitemus malum. Quoties enim res sub ratione boni demonstratur, affectamus illam obtineri, si sub ratione mali sistitur, auferuntur etiam ab eadem affectus.

§. 43. Inter COGNATA merito referimus sensum, quia 1. ambo conveniunt perceptione seu modo habendi, veluti cum video, tali aliquo modo me habeo, cum amo, tali aliquo alio modo me habeo, quos modos in me per conscientiam evidentissime cognosco. 2. Ambo, sensus, & affectus nobis obveniunt à corpore nostro, licet in eò differant, quod perceptionem sensus solemus referre ad res externas, tanquam inde provenientes & plerumque cum existimatione, quod ex res similiter affectæ sint, similemque habeant modum aliquem, qualem nobis ingerant, ut cum videmus lumen, perceptionem s. speciem illam referimus ad solem, ignem &c. existimantes ipsa tali specie inbuta esse; Perceptionem verò quæ in affectu, seu passione reperitur, atque

D 2 illam

illam speciem nos referimus ad res extra nos positas, nec existimamus eas quidquam simile in se habere, e. g. inimico obviam facti, licet odio ejus vel timore percellamur, non existimamus ipsum in se talem habere speciem, qualis nobis occasione ejus incutitur. Vid. Arnoldi Geulinx Ethic. Tract. IV. de Passionibus in Proem.

§. 44. Denique quod PUGNANTIA concernit, non maiores reperiri hostes putamus, quam inclinationes, proclivitates & propensiones nostras ad agendum aliquid, vel omittendum propter passiones, non ipsas passiones ut praeter meritum apud vulgum audiunt, quando propensiones istas, cum ipsis passionibus imperite confundentes, totam Ethicam imò ausim dicere, totam pietatem imprudenter evertunt. Nempe id, Verba sunt Arnoldi Geulinx Tract. IV. Eth. §. 5. de hostibus Virtut. p. m. 333. cuius solum DEUS optimus maximus Autor est, ipsarum sc. passionum & specie rum nostrarum, confundunt cum eo, pravis nempe cum inclinationibus, quas specibus illis & passionibus adjungimus, cuius nos turpes & scelesti autores sumus. Atque adeò DEUS implicite semper Autor peccati agnoscitur, cuius nequissimæ per svastonis, quam diu, vel minimum semen humanis animis infidet, fieri nequit, ut veram unquam pietatem concipient, sed tantum horreant necesse est & detestentur quem ut Auctorem peccati & vindicem acerbum ejus quod impegerat, tantum considerare possunt.

§. 45. Sicut ergo, pergit c. l. Geulinx, à sensu refecanda est pravitas illa, qva ferimur ad speciem ejus applicandam objectis externis, qvæ occasionem præbent isti speciei, sic etiam à passionibus detrahenda est illa inclinatio nostra, qva nos ita inclinatos sentimus & qvæ violentia qvadam impulsos ad faciednum omitendum que aliquid gratia passionum, seu propter ipsis passiones. Et qui hunc errorem errant, totam Ethicam evertunt. Habent autem alii aliarum passionum proclivitates: ut, qvidam iracundi, id est, proclives ad vindictam prosequendam, qvidam libidinosi i. e. proclives ad agendum aliquid ex gratia libidinis, seu venereæ passionis & ita alii &c. Dicunt autem hi, stimulari se ab ira ad vindictam sumendum, à libidine impelli ad stupra &c. Sed vehementer errant; non

non enim ab his suis passionibus concitantur in has vel illas actiones. Unde non sunt aliæ in aliis proclivitates ad obtemperandum passionibus, sed similis atque eadem fere in omnibus proclivitas; Corpus vero aliter atque aliter dispositum est ad has illasve passions. Sic quidam proclives sunt ad venerem, alii non, sed ad vindictam. Eadem est in utrisque proclivitas, scilicet agendi aliquid gratia passionis: Sed in venereo homine corpus aliter dispositum est, sc. menti facile passionem venereum incutient. Hinc pro diversitate regionum, ætatum, conditionum exercitiorum &c. alii aliis vitiis, ut supra diximus, dediti esse dicuntur, quia corpus aliis atque aliis passionibus accommodatum est in aliis atque aliis regionibus, ætatibus &c. Cui antecedens mentis proclivitas & propensio ad agendum gratia passionibus, alia atque alia exterius via producit. Nulla ergo labes residet in ipsis passionibus, sed tota turpitudo in effemimatione, seu in proclivitate illa ad agendum ex passionibus consistit. Animus enim veluti connubio quodam cum corpore copulatus proclivitate illa sua ostendit, se esse quodammodo virum uxorium, atque in ipsum quadrat illud Poëta:

*Uxor i nup sit turpiter ille suæ.*

Passiones enim obveniunt nobis à corpore, proclivem esse ad agendum propter illas, est propter corpus velle agere & ei quasi assentiri & ab blandiri. Proclivitas illa, sine dubio, supponit aliquid, quod peccatum originale vocant Theologi, hæc vide apud ipsos, ne nos ex Philosophia nostra exorbitemus.

§.46. Sunt igitur in genere naturæ admodum bonæ passiones, licet quædam nobis injucundæ sint, seu male affidentes ut dolor & timor. Habent enim se sicut videre & audire &c. propter quæ nemmo probus aut improbus vocatur. Si dicas passiones quasdam esse turpes, libidinosas, obscenæ, nefarias, quibus homo ad facinora, cædes & horribiles incestus concitatur: respondemus, quod concitatur ab illis hoc malum est, ipsæ verò passiones in se non sunt malæ; tantum enim in se continent certam perceptionem nobis obvenientem à corpore & necessario in nos derivatam, non tam à corpore, quod res bruta est & per consequens nihil potest vera efficiencia causari, quam ab Autore corporis, conditionisq; humanae. Quod verò nos passiones nostras sequamur, hoc turpe est, quia Autor noster

*non voluit; ut iis abductis aliquid ageremus, aut agere omittremus, sed totos nos subjicit rationi, voluitq; ut ex præscripto ejus omnia faceremus & facere omittremus.*

§. 47. Seqvimus autem sæpè easdem, imo non tantum seqvimus, sed habemus etiam magnam propensionem ad seqvendum eas, qvæ est veluti efformatio qvædam nostri. In qua propensione, effæminatione & vacillatione, an etiam ductui rationis obseqvi velimus, qvæ sola nos movere deberet, magna inest turpitudo, qvam qvidam non bene ab ipsis passionibus distingvunt. Quidam turpitudinem, qvam sibi ipsis imputare debuerunt in passiones suas referunt.

§. 48. Sic in libidine v. gr. carnali, qvæ passio est vehemens datur sensus sive perceptio, & hactenus nihil mali sentit; deinde propensio qvædam ad standum in ista passione, seu delectatione, ad aliam, quo ea qvafsi impellere videtur, exseqvendum & in his omnibus turpitudo atque peccatum est. Unde soli honesti, si passionum conscientia commoventur erubescunt & suffunduntur pudore, qvod non ex sensu, cum passiones hoc in se experiantur, fieri dicendum est, sed ex propensione deserendi rationem & exseqvendi passionem, qvam simul in se persentisunt. Et in hâc propensione & effæminatione non leve propodium esse dicimus.

§. 49. Cum itaq; hostem illum, propensionem, ad seqvendum affectus, sciamus, viros nos esse decet, hoc est utentes ratione, ne sero deinde doleamus multa nos ex præcipitantia fecisse. Juniores verò & adhuc pueri morum admittant præceptores necesse est.

## Πορίσματα.

I. Errant circa investigationem Veritatis, qvî una cum definitionibus involvunt rem & qvæ ei accidunt. Videmus illud in Stoicis, quando hi affectum per *ἀλογὸν κίνησιν* definientes, seu contra rationem commotionem affectui illud tribuunt, qvod exorbitantiae illius competit. Male, qvis enim eqvo imputabit, si ex insidientis negligentia via aberret? Qvis oculum eruet, si mundana aspicit, cum facultas illa ab ipso creatore concessa sit? Ut autem oculus ad yidendum sic affectus ad salutem animalis dati sunt. Dedit Deus & fa-

& facultatem concupiscendi & irascendi : Præcepit amorem sui & vult odiorum contra turpidinem ; Imo ipse κατ' εξοχὴν & secundū qvandam similitudinem gaudet dilectione misericordia & ira. Ira, & in nobis qvidem, conductit fortitudini redditqve expeditiores : timor declinandis periculis, misericordia proximo ferendi auxilium. Rectius E. 2. Ethic. c. 3. p. m. 33. docet Philosophus. Nos propter affectus neqve bonos neqve malos ἀνθρώποι, nec laudari, nec vituperari. Non enim, inquit, qui metuit aut irascitur laudatur, neqve qui simpliciter, sed qui modo qvodam irascitur vituperatur. Neqve obstat qvod inter affectus s̄a pe nonnulla recenseantur, quorum ipsa nomina implicant pravitatem aliquam, uti iterum 2. Ethic. c. VI. p. m. 37. observatur, qualia sunt Ὑπηρεσίαι, latitia, quæ ex aliorum malis praficiuntur, invidia, impudentia & similia, quorum eadem est ratio, quæ nonnullorum actionum, puta scortationis, adulterii, furti &c. id est, plus sunt quam simplices affectus. Sicut enim scortationes, furtum &c. non sunt actiones tantum, sed actiones exorbitantes & pugnantes cum recta ratione : ita etiam invidia, Ὑπηρεσίαι, modo ipsa aspicias vocabula. Nam certum est, invidiam nihil aliud esse quam dolorem ex commodo proximi: Ὑπηρεσίαι, voluptatem perceptam ex ejusdem incommodis. Plus igitur sunt quam dolor & voluptas, adeoqve plus quam affectus animi. Et, ne quenquam turbet qvod Arist. l.c. c. V. Invidiam æmulationem &c. inter cæteros affectus, qui puti sunt, recenseat, sciendum est, obiter illud factum esse, qvod ex verbis, quæ statum subjicit liquere potest : Nec vero Prævitas tantum inquit, nominibus nonnullorum affectuum involvitur, sed etiam bonitas moralis. Ita pietas erga parentes & contra soçyn parentum in libros affectus sunt. Sed non sunt simpliciter affectus, cum non sint amare tantum, sed ejus amor, qvod recta ratio & lex tam naturæ quam divina amari jubet.

## II. Vox illa Poëtæ anonymi :

Nescio quid sit amor, nec amo, nec amor, nec amavi,  
non est hominis, sed rupi, nullum sensum admittenti inscribi mereatur,  
Diximus enim supra, affectus esse naturales adeoqve cadere in  
omnes

*AK Te 2001*

homines. Qui itaque eos expellere studeret, idem tentaret, ac qui humana conditione sese exuere vellet, quod insanum est, & rem impossibilem tentare. Interim hauriat unusquisque duobus illis, natura proficiuntibus, fontibus, voluptate videlicet & dolore, quantum decet ac oportet & felix erit, non plus minusve miser.

Et tantum de rectibus, in genere. Si DEO placuerit & occasio permisit, ea etiam, quae circa divisionem eorundem in specie observanda sunt subjiciemus. Tu interim B. L.  
vale & fave.

F I N I S.



*hc*

*107*

**ULB Halle**  
003 706 036

3



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-4451-p0035-5

**DFG**



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-4451-p0036-0

DFG

A.R.35

